



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Defensio Regie || assert[i]o[n]is co[n]tra Ba||bylonicam
captiuitate[m]**

Fisher, John

Coloniæ, 1525

VD16 F 1226

Capvt Qvintvm. Missam haudquaquam testamentum esse.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30480

stantiari, catholicū aut̄ & pium, si quis cū Paulo dicat panis quē frangimus est corpus Christi. Anathema sit, qui aliter dixerit, & iota aut apicē unū mutarit, etiā si sit dñs Henricus nouus & eximius Thomista. Hæc Lutherus.

Episcopus

Hic primū attende lector hominis inconstantia qui tamē gloriatur se certū esse habere se omnia sua dogmata e cælo. Si prius illud dogma de cælo suscepisset, qui fieri possit, ut istud item quod contrariū est, fuisset e cælo. Nā certū est e cælo nō iam uenire pugnantia dogmata. At ista manifeste pugnant, licet, & non licet. Prius aut̄ docuit licere nec referre quicq̄, sic, siue aliter sentiat quisuis, nunc aut̄ impiū decernit sic sentire.

Lutherus se
cū pugnat

Mēdaciū Lu.
I. Cor. x

Deinde consideres & istud, nepe quod affirmat catholicū & piū esse, si quis cū Paulo dicat, panis quē frangimus est corpus Christi. At Paulus istud nunq̄ dixit. Sic non pudet magistrū istū e cælo nobis datū de Paulo mentiri. Paulus utiq̄ dixit, panis quē frangimus, nōne participatio corporis dñi est? At ex eo non colligit̄ q̄ panis quē frangimus sit corpus dñi. Quoniam & idē ipse Paulus superius dixit, Calix benedictionis cui benedicimus, nonne cōmunicatio sanguinis est Christi? Sed ex hoc haudquaq̄ colligit̄, q̄ calix iste sit sanguis Chri. Quare nec ex altero colligi potest, quod panis fuerit corpus Chri. Postremo uidebis lector si Lutherū obserues q̄ aperto seipm feriat anathemate. Anathema (inquit) sit qui aliter, q̄ Paulus dixerit, & iota aut apicē unū mutarit. Quamobrē quū Lutherus longe aliter Paulū recenseat, q̄ uel ipse dixerit uel ex eius uerbis possit colligi, an non plane seipsum anathemate ligat? Et hic finis esto quarti.

Lut. excōicat
seipsum,

¶ Missam haudquaq̄ testamentum esse.

.I.

Intentio
authoris



Ed iam quinto loco nobis excutiendum est, an missa recte nouū dicat testamentū. Astruere conatur Lutherus missam testamentū esse, atq̄ id ceu fundamentū immobile, super quo diabolicā suā structurā erigat, constabilire modis omnib⁹ nititur. Nos uero non ambigimus ostendere nō solū hoc fundamentū non esse immobile, uerū etiā ea, quæ super hoc ædificare molitus est, nulla prorsus niti soliditate. Nam & ex eo

dem fundamento colligit missam non esse sacrificiū. Quæ res non solū authoribus omnibus tã recentibus q̄ uetustis, uerū etiã ipsis scripturis aduersat, uti postea suo loco docebimus. Cæterū, causa totius erroris est, q̄ Lutherus Eucharistiã arbi- trat sacramentū esse remissionis peccatorū, quū sit reuera non remissionis, sed magis unionis cuiusdã sacramentū. Nostram em̄ unionē cū Christo significat, & eandē cū deo patre nō minus efficaciter præstat. Quã rem, nō modo testimonijs patrū, uerumetiam scripturis ipsis firmabimus.

Dionysius primū cap. 3. Ecclesiasticæ hierarchiæ sacramentū istud ideo synaxim & cōmunionē appellat, q̄ nostram cū deo perficiat unitatem.

Et Damascenus itē cōmunionē uocat, quia per ipsum Chrō cōmunicamus, & participamus eius carne & diuinitate, & q̄a cōmunicamus & unimur inuicem per idipsum

Sed & Chrysostrōm⁹ in epistolā ad Corinthios priorē de hoc sacramento loquens. Quare (inquit) non dixit Paulus participatio? Quia amplius quiddã significare uoluit, & multã inter hæc cōuenientiã ostendere. Non em̄ participatione tantū, & acceptione, sed unitate cōmunicamus. Quẽadmodū em̄ corpus illud unitū est Christo, ita & nos per hunc panem unionē coniungimur.

Accedit his Hilarius octauo libro de trinitate, sic dicēs. Si uere corporis nostri carnē assumpsit Chrūs, & uere homo ille, qui ex Maria natus fuit, Ch̄s est, nosq̄ uere sub misterio carnem corporis sui sumimus, & per hoc, unū erimus, quia pater in eo est, & ille in nobis, quomodo uoluntatis unitas asseritur quū naturalis per sacramentū proprietates perfecte sit sacramentum unitatis.

Subscribit Augustinus in hunc modū. Sicut, ut sit species uisibilis panis, multa grana in unū conspergunt, tanq̄ illud fiat, quod de fidelibus ait scriptura sancta. Erat illis anima & cor unū in deū. Sic & de uino fratres recolite unde sit unū. Grana multa pendent ad botrū, sed liquor granorū in unitatē cōfunditur. Ita dñs Iesus Chrūs nos significauit, nos ad se pertinere uoluit. Mysteriū pacis & unitatis nostræ in sua mensa conse-

Eucharistia n̄
est sac̄m res
missiōis pctō-
rū, s̄ unionis.

Actoz. 4

Contra captiuitatem Baby. Cap. V.

Eucharistia ē
sacram uniois.

I. Cor. x.

I. Cor. x

II

Nō licet nisi pu-
ra cōscia ad
eucharistiam
accedere

crauit. Et alibi. Quō (inquit) uidetis unū esse qđ factū est? Sic unū estote uos, diligendo uos, tenendo unā fidē, unā spem, in diuiduam charitatē. Heretici quādo hoc accipiūt, testimoniū contra se accipiūt, quia illi quærunt diuisionē, quū panis iste indicet unitatē. Ex his itaq; liquet, hoc mysteriū unitatis & cōmunionis esse symbolū atq; sacramētū. At quid tot authoribus opus est, quū Paulus hāc rē abūde testet? Poculū (inquit) benedictionis cui benedicimus, nōne cōmunicatio sanguinis Christi est? Panis quem frangimus, nōne cōmunicatio corporis Christi est? Quid sibi uult his uerbis aliud Paulus, q̄ q̄ hęc sint cōmunionis & unitatis sacramēta? Et ob id sequenti capite postea q̄ dissidiōꝝ inter Corinthios meminerit, subiūgit. Iam nō licet dominicā cōenā māducare, perinde ac si dixerit, Dominica cōenā cōcordiæ symbolū est, nec dissidētes admittit animos, at uos dissidetis inuicē, & nō cōmunē cōenam, sed priuatā quisq; suā edere parat. Adde, q̄ Paulus nec uerbum quidem facit de remissione peccatorū, quū tamen integre totū ipsius mysterij recenseat ordinem, secundum quod a Christo pridem fuerat edoctus.

¶ Quis iā ex dictis, & authoribus, & scripturis nō luculenter intelligit Eucharistiā unionis esse sacramētū, & nō remissionis peccatorū. Nā peccata quantū ad culpā, per sacramētum absolutionis añ deleant oportet. Nā & hoc absolutus (ut Lutherus affirmat) oīno credere tenet. Q̄ si uere deleta sint peccata, qđ opus fuerit iā aliud sacramētū pro culpis redimendis accipe, quū sint p̄ sacramētū absolutionis antea remissē. Ceterū ob id Lutherus cōtēdit eā esse sacramētū remissionis p̄ctōꝝ, q̄ de remissione p̄ctōꝝ in cōsecratione sanguinis facta sit mētio. Verū istud q̄ nihil instituto suo cōducat, mox docebim⁹. Ex hac tñ basi struere molit, & p̄tinacissime quidē, ut credam⁹ remissionē p̄ctōꝝ per istud sacramētū nobis esse promissam; atq; ut fere fit, uno quopiā errore semel admissō, procliuiter ad cōplures alios dilabimur. Ita Lutherus hoc errore posito seipsum in alios absurdissimos scēde p̄cipitauit. E q̄bus hic unus & pestilētissimus oīm est, q̄ sceleratissimis et ingnatissimis hominibus ad hoc sac̄m tuto licebit accedere. Quā opinionē ha

Ten^o tota prorsus orthodoxæ ecclia, ceu maxime detestadā
 abhorruit, Paulo ipso prorsus reclamāte, quū dicat, q̄ q̄ indig
 ne accedit, iudiciū sibi māducat & bibit, nō dijudicās corpus
 dñi. Quāobrē, & primū optet a pctis respiscere, simul & ab
 solutionē a sacerdote quopiā accipere, q̄ ad hoc sacm accede
 re q̄s p̄sumat. Postq̄ aut̄ hæc digne fecerit, nō inficior quin ad
 delendas peccatorū reliquias, Eucharistia plurimū coferat, &
 maxime quatenus uelut sacrificiū deo pro peccatis offertur.
 Nā quatenus sacrificiū est, representat illud summū Christi
 sacrificiū, quo patri seipm obtulit in cruce, ubi & sanguinem
 suū sudit in remissionē peccatorū. Id em̄ pridem in cæna pol
 licebat̄ dicens. Hic est sanguis meus noui testamenti, qui pro
 uobis & pro multis effundet̄ in remissionem peccatorū. Ecce
 pro sanguinis effusione remissio peccatorū promittit̄, non pro
 calicis potatione. Neq; em̄ dixit. Hic est sanguis qui a mul
 tis bibet̄ in remissionem peccatorū, sed hic est sanguis qui pro
 multis effundet̄ in remissionē pctōrū. Nō igit̄ pro potatione
 calicis in cœna, sed pro effusione sanguinis in cruce, remissio
 peccatorū fuerat promissa. Quāobrē nec Eucharistia sacramē
 tū est remissionis peccatorū, quandoquidē & solis illis (quibus
 antea sint remissa pctā) cōferri debeat. Nā tales idonei sunt q̄
 deo per Eucharistiā uniantur, non autem illi, qui nondū ablu
 ti sunt, neq; peccatis adhuc omnino renunciarūt. Porro cer
 tū est, q̄ effusio sanguinis in cruce ualuit ad peccatorum om
 nium abolitionē. Atq; ideo quū sacrificium corporis & san
 guinis oblatū in missa referat ipsum crucis sacrificium, fit ut
 quoties in missa corpus & sanguinē Christi sub panis & uini
 speciebus offeramus: toties nō nihil ex rubigine pctōrū adima
 tur, & ipsæ reliquæ pctōrū his pro quibus hoc sacrificiū of
 fertur, haud dubie remissiores euadant. Neq; tamen ob istud
 consequit̄, q̄ sordidis & sceleratis qui nō se prius expiauerint
 hæc sancta cōferenda sint, quū id ipsum olim fieri Chrūs aper
 te uerit dicens. Ne detis q̄d sanctū est canibus, ne proiece
 ritis margaritas vras añ porcos. Non est igit̄ hoc sanctissimū
 sacramētū cuius exhibedū, q̄ sibi cōsciū alicuius mortalis cri
 minis non seipsum ab eodem antea diligenter expurgauerit.

I. Cor. 11.

Digne cōican
ti delent pctā

Mat. 26.

Impoenitētes
nō poterūt dis
gnet̄ commu
nicare.

Mat. 7.

Sed his solis qui prius excusserint sese, & quoad fieri potest ab omni sorde letaliter inficiente diligentius expiauerint. His (in quā) cibis iste sacer ministrandus est, nō aut canibus aut porcis. Nā hi nequaquā antea seiplos probarunt neq; dijudicarunt, corpus dñi, sed illotis pedibus in hūc sacerrimū cibū irruunt.

III

¶ Duo igit sunt quæ per ordinē refellemus. Alterū q; missa testamentū sit, alterū, q; ipsa non sit opus et sacrificiū. Nam utrumq; Lutherus & sane pluribus astruere conat. Sed de testamento dicemus prius quandoquidē & hoc uelut immobile fundamentum totius structuræ suæ Lutherus posuerit. Sic enim scribit in captiuitate sua Babylonica.

“ Stet ergo primū & infallibiliter missam ceu sacramentū altar
 “ ris, esse testamentū Christi, quod moriens post se reliquit di
 “ stribuendū suis fidelibus. Sic em̄ habent eius uerba. Hic calix
 “ nouū testamentū in meo sanguine. Stet inquā ista ueritas ut
 “ fundamentū immobile, super quod omnia struemus quæ di
 “ cenda sunt, hoc em̄ uidebis, ut subuertemus omnes hominū
 “ impietates in hoc dulcissimū sacramentū inuectas. Verax er
 “ go Chrūs, uere dicit hoc esse nouū testamētū in sanguine suo
 “ pro nobis falso. Huc usq; Lutherus.

Hic primū aduerte lector q; uasre suū dogma profiteat inuoluens hæc omnia simul missam & sacramentū altaris & testamentū Christi, atq; ita ex his tribus unū faciens. Stet (inquit) primū & infallibiliter missam seu sacramentū altaris esse testamentū Christi. Veruntamen postea nec semel tantū inuenies missam ab eo dici promissionē, & sacramentū altaris esse rem annexā promissioni. Satis utiq; constat sacramentū altaris nō eē promissionē, tãetsi p̄ eius sumptionē bona plurima promittant, sed de hac re mox pluribus dicturi sumus. Porro qd' subdit. Qd' moriēs pro se reliq; distribuendū suis fidelibus. Quis unq; au diuit testamētū eē distribuendū? Annōea potius distribuenda sit de qb' testamētū cōficiū. Sed hæc est hoīs uasfricis es ut omnia confundat, intricet, inuoluat. Nimirū ut quoties in arcto constitutus premit, inuolucro quo piā e manibus elaboratur protinus. Sed & uerba Chrī quæ producit, nihil ad hanc rem conferunt. Neq; em̄ Chrūs his uerbis distribui quicquā

iussit, præter corpus & sanguinẽ. Quid si quicquid hic legatum sit, id oportet aut corpus aut sanguinẽ esse Christi. Nam remissio peccatorum hic neutrum legat. Neque enim pro sanguinis potatione remissio peccatorum (ut diximus) promittit, sed ob effusionẽ ipsius in cruce. Quod uero iam testamenti Christus meminerit, ideo sit ut ipsum effusione sui sanguinis in cruce confirmatum ostendat, nõ ut sanguinẽ aut calicẽ testamentum faciat, quemadmodum Lutherus fallaciter insinuat, sed magis ut nouum testamentum, hoc est legem nouam a me latam, pariter & cuncta quæ in ea promissa sunt, suo sanguine doceat esse corroborata

¶ Cæterum quod sit hoc Lutheranum fundamentum immobile, & quod firmam inde structuram erigat, paulo post uidebimus. Quod autem potestremo loco dicit ueracem esse Christum. Profecto uerax, imo ueracissimus Christus est. At Luthero nihil est mendacius, quam Christo id quod is nunquam protulit, ceu uere prolatum ascribere nõ ueret. III
 Falissimum enim est quod Christus, ad Lutheri sensum, usquam asseruit calicem esse testamentum nouum, quod & inferius ostendemus. Interim uideamus, quibus uerbis Rex illustrissimus hunc errorem taxauit.

Non contendam (inquit) cum eo de testamento, & promissione, & tota illa diffinitione, & applicatione testamenti ad sacramentum. Non ero tam molestus ei quam alios fortassis inueniet, si qui bonam ei partem istius fundamenti subruerint, qui & testamentum nouum dicant promissionem esse legis Euangelicæ, quemadmodum uetus fuit Mosaicæ, & testamentum istud negent a Luthero satis scite tractari, neque enim testatori nuncupandum esse nominatim quid relinquat hæredi quem ex asse instituat, neque remissionem peccatorum, quam pro hæreditate nuncupatam Lutherus ait idem esse quod regnum cælorum, sed uiam potius ad cælum. Quas res atque alias item aliquot quisquis urgere uelit ac premere posset fundamenti Lutherani structuram machinis alicunde concutere, uerum istud eis permittam qui uolent. Hactenus illustrissimus Rex.
 Ecce quod apertissimis uerbis regia celsitudo breuiter subindicauit, quibus modis is error conuelli possit. Et quantum nos id fufius ostenderimus inter confutandam assertionem articuloꝝ Lutheri articulo. 15. nunc tamen plusculum aliquid adijciemus.

Calix nõ est testamentum nouum

Verba regis.

Episcopus

Contra captiuitatem Baby. Cap. V.

**Vnicū est tes-
tamētū nouū** Euoluat quisquis uolet uniuersam scripturā sacrā, nō plura (q̄
testamenta noua dicant) inueniet, q̄ unū. Vnicum em̄ est Pau-
lo testamentū nouum, quemadmodū ad Hebræos octauo no-
noq; capite manifestū est, & nos inferius ostendemus. Neq;
opinor, Lutherū posse subterfugere quin de testamēto nouo
loquat. Nā id eius probationes manifestāt. Probat em̄ ex eo
missam eē testamētū, q̄ dixerit Chrūs, Hic calix nouū testa-
mētū est in meo sanguine. Et postea subdit, Verax ergo Chrs
uere dicit hoc esse nouū testamētū in sanguine suo. Quāobre
nec potest Lutherus hic de alio q̄ de nouo testamento loqui.
**Testamētū qd
sit scdm Luth** Cæterz, ut est ingenio satis uastro uersutoq; diffinitionē testa-
menti quandā introducitur, quā & missæ conat̄ accommodare, q̄
qualis fuerit, primū audiamus. Testamētū (inquit) absq; dubio
est promissio morituri qua nuncupat hæreditatē suā & insti-
tuit hæredes. Neq; nos istā testamēti diffinitionē respuemus.
Sed & eā docebimus legi nouæ, quæ & Paulo testamentū no-
uū dicit, aptissime conuadare. Nā in ea Chrūs, qui pro pec-
catoribus erat moriturus, & sanguinē ad illius corroboratio-
nem fusurus, hæreditatē suā, nempe cœleste regnū promisit.
Math. 5 Hæredes uero pauperes spū, mites, lugentes, auidos iustitiæ,
miseriordes, mundo corde, pacificos, & deniq; propter iusti-
tiā persecutionē passos instituit. Beati (inquit) pauperes spiti-
tu, quoniā ipsorū est regnū cœlorz & c. Ecce diffinitio dicta,
non inepte quadrat in legē nouam, quū & huic singula illius
membra conueniant. Cæterū quod Lutherus conatur eā ac-
commodare missæ, tam inuitū est, ac si per capillos repugnan-
tem uelit pertrahere. Quam rem facile perspicies optime le-
ctor, si diligenter expendas cuncta Lutheri uerba, quibus mis-
sæ conatur hanc suā diffinitionem adaptare. Sic em̄ ait.
Verba Luth. Inuoluit itaq; testamētū primo mortē testatoris, deinde hæ-
reditatis promissionem, & hæreditatis nuncupationem.
Episcopus Attende lector q̄ inuolute sua tradit. Inuoluit (inquit) testa-
mentum primo mortem testatoris. Profecto testamētū, ut
certo constabiliatur, testatoris mortem exigit. Et huic Pau-
lus astipulatur dicens, Testamētū in mortuis confirmatum
Hebræ. 9. est. Cæterum quod morte confirmatum est, aliud ab ipsa mor-

te sit oportet, mortēq; ipsam antecedit necesse est. Quā ab
rem neq; testamentum sic inuoluit testatoris mortem, ceu rē
legatam, sed tanquam legatorum confirmatricem. Lutherus
tamen nō ita Christi mortē inuolui contendit, ceu rem lega
tam. Nam subdit. In uerbis istis clare uidemus. Mortem su
am Christus testatur, dum dicit, hoc est corpus meum quod
tra detur. hic sanguis meus qui effundetur

Ecce lector, Hic Lutherus Christum facit testari suam mor
tem, non autem sua morte corroborare testamentum. Plane
contra Paulum, qui clamat Christum sua morte testamētum
suū corroborasse. Sed neq; quicq; adminiculantur ea capita, q̄
citauit ex Paulo, quū Paulus tam aperte cap. 9. ad Hebræos,
uetus testamētū a nouo discriminet, inquit. Ob id noui te
stamenti conciliator est Chrūs, ut (morte intercedente ad re
demptionē earū preuaricationū, quæ fuerant sub priori testa
mento) ij qui uocati sunt, promissionē accipiant æternæ hære
ditatis. En lector, apertissime Paulus explicuit ijs uerbis, pri
us quoddā testamētū antecessisse, nēpe legē ueterē, quę mul
tarū præuaricationū occasio fuit. Post quod, subsecutū est al
terū nouū, utiq; lex noua, cuius conciliator erat Chrūs, quam
sua morte sic intercedente cōstabiliiuit, ut etiā omnes illas præ
uaricationes aboleret penitus. Hoc nouo testamento cœleste
regnū, uelut æterna hæreditas, promissam fuit, hæredes autē
instituantur ij, qui a deo uocati sunt.

Heb. 9.

¶ Cernis itaq; lector optime, discrimē ueteris & noui testa
mēti. Cernis & mortē Chri, nō ipm testamētū esse, sed ipsius
testamenti ratificatricem. Cernis identidem qui sint hæredes
nempe, qui uocati sunt. Cernis postremo quæ sit hæreditas.
Non utiq; remissio peccatorum, quæ per Christi mortem ab
olentur, sed æterna magis in cœlis beatitudo, ad quam nisi re
missis ante peccatis, nemo conscensurus est. Ceterum, ut mor
tem a testamento diuersam nemo non intelligat, Paulus idip
sum eodem loco manifeste docet. Vbi (inquit) testamētū est
mors intercedat necesse est testatoris. Nā testamētū in mor
tuis ratū est, quandoquidē nondū ualet, quū uiuit testator.

V
Eylogus.Discrimē iter
mortem & tes
tamentum
Heb. 9

Quis hic nō uidet testamentū preire testatoris mortē quanq̄
 citra mortē omnino sit inualidū. Nōdū (inquit) ualet q̄ diu ui-
 uit testator. Quibus uerbis, etiā plane conuincit, sacramenta
 corporis & sanguinis Christi nō fuisse testamentū nouū, quā
 doquidē & ipsa nō inualida fuerāt ipso testatore nondū mor-
 tuo, Dilucidū igit̄ ex his est, ineptissime Lutherum collegisse
 quum paulo post subdat.

“ Vides ergo, q̄ missa, quā uocamus, sit promissio remissionis
 “ peccatorū a deo nobis facta, & talis promissio quæ per mortē
 “ filij dei firmata sit.

Hic nisi Lutherus existimet, cunctos qui sint ista lecturi pla-
 ne cæcos eē, miror q̄ talē unq̄ collectionē effutire non pudue-
 rit, quū nihil adhuc añcesserit probatū, vñ posset eiusmodi col-
 lectionē efferre. Insanit profecto, si credat hoies talibus inep-
 tijs posse fascinari. Recte nimirū istud Euāgelio cōgruit, quo
 nobis & remissio peccatorū & cœleste regnū promittunt̄, at
 missæ nequaq̄, quū non ob eā, sed ob sanguinis effusionē, sit
 promissa peccatorū remissio, ut iā ante dixi mus, & mox dice-
 mus apertius.

VI

Testamēti no-
 ui diffinitio

¶ Testamentū itaq; nouū, si quis apte iuxta scripturas diffi-
 nire cupiat, recte dixerit eē legē nouā a Christo latam, & eius
 ob signatā sanguine, cuius professores, hēredes instituunt̄ cœ-
 lestis regni. Ecce diffinitionē hic habes ex omnibus caulis in-
 tegratā. Materiali primū, quū dicit̄, Lex, formali, quū subiun-
 git̄ noua. Efficienti, quū adiicit̄ a Christo lata. Instrumentali,
 quū adiungit̄ eius ob signata sanguine. Finali demū, quū ap-
 ponit̄, cuius professores instituunt̄ hēredes cœlestis regni. Cē-
 terū, & huius diffinitionis mēbra singula, scripturarū testimo-
 nijs abunde roborabimus.

Testamētū no-
 uū ē lex noua

Principio, q̄ testamentū nouū sit noua lex. Paulus, nō solū ex
 ijs quæ superius ex ep̄la ad Hebræos nono capite produxim⁹
 uerū etiā ex octauo manifestius declarat, ubi docet Christū ex-
 cellentius fuisse sortitū sacerdotiū, q̄ sacerdotes ueteris testa-
 menti præstātoris intercessorē esse, nimirū ipsius, de quo ci-
 tat prædixisse Hieremiā. Ecce dies uenient dicit̄ dñs, & con-
 summabo super domū Israel & super domū Iuda testamentū.

Hieremij. 31.

nouū, non iuxta testamentū quod feci patribus illorum in die quū apprehenderē manū illorū, ut educerē eos ex Aegypto, quoniā ipsi nō perstiterūt in testamento meo, & ego neglectui eos habui dicit dñs. Hoc inquā uaticiniū Paulus ibi citat & pergit ex eodē propheta docere, quid sit testamentū nouū. Nā hoc est (inquit) testamentū quod disponā domui Israel, post dies illos dicit dñs deus dans leges meas in mentē illorū, & in corde illorū inscribā illas.

¶ Ecce iā hic habes lector, quid sit testamentū nouū, nēpe, VII
leges nouæ cordibus hominū inscriptæ. Has Chrūs ipse tulit ac promulgauit, nequaquā cartis & atramento, sed cordibus auiditorū inscribens. Porro quod easdē & sanguine ratificauerit suo ne Chrī confirmatum Paulus haud multo post, nēpe capite nono palā astruit, ubi & docet hoc testamentū nouū eximio Christi sanguine ratū fieri, quēadmodū & uetus illud, antea pecudū sanguine cōfirmabat. Quū (inquit) Moses omne præceptū iuxta legē exposuisset omni populo, sumpto sanguine uitulorū & hircorū cum aqua & lana coccinea & hysopo, simul & ipsum librū, & rotū populū aspersit dicens, hic est sanguis testamenti quod mandauit uobis deus. Hæc Paulus.

Et hic aduerte lector optime, quod similibus Moses usus erat uerbis in testamēti ueteris cōfirmatione, his, quibus euāgelistæ referunt usum fuisse Christū in confirmatione noui. Sic em̄ dixit Moses, Hic est sanguis testamenti quod mādauit uobis deus, Hoc pro testamento ueteri Moses dixit. Matthæus autem & Marcus Christū similia protulisse uerba testant, quū sui sanguinis poculū sub cenā discipulis porrexisset. Nā Marcus ita scripsit, Hic est sanguis meus noui testamēti, qui pro multis effundet in remissionē peccatorū. Fundebat enim uero prius in lege ueteri uitulorū & hircorū sanguis, tām pro peccato, quā ob ueteris testamenti cōfirmationē, sed ille sanguis nimisquā inualidus fuit, non solū ad peccati deletionē uerū etiā ad perfectionē illius testamenti cōstabiliendā. Fuit em̄ impotens ad delendū peccatū, quēadmodū & Paulus testat dicens. Non potuit sanguis tauroꝝ & hircorū auferre peccata. Sanguis uero Christi (quo & nouū testamentū ratificatū est) sicut in remissionē

VII

Testamētū nouū est sanguis Christi confirmatum

Comparatio pulchra.

Exodi. 24.

Marci. 14.

Heb. 9.

peccatorꝝ effundebat, ita uere talē præstitit remissionē. Quis hic nō perspicit singula singulis ul' admissim rīdere? Mosē in quā Christo, calicē calici, sanguinē sanguini, testamētū testamento. Nā ut Mosēs accepto calice, in q̄ sanguis pecudū fuit, eodē stabilire uetus testamētū est molitus, ita & Chrūs accepto calice, q̄ proprius ipsius sanguis cōtinebat, eodē prorsus nouum confirmauit testamētum.

Nō est ergo sanguis testamētū nouū, quandoquidē sanguine testamētū nouū cōfirmat. Quis em̄ nō p̄spicit, diuersa esse oportere duo hæc, nimiz id, quo quicq̄ ceu quodā instrumēto confirmat, & illud, quod ita cōfirmat. Quamobrē quū calix sanguinis Christi, sit id, quo testamētū nouū corroboratur, ut ex Paulo iam ostēdimus. Nā sicut uetus illud sanguine pecudum confirmabatur, ita & nouū sanguine Ch̄i. Quum inquam ista sic se habent, plane suā inscitiam prodit Lutherus, qui uel Christi sanguinem, ul' sanguinis eius calicem, nouum appellat testamētum. Non est ergo sanguis testamētum nouū temetli sanguine testamētū ipsum fuerat solidissime roboratū. Cui sententiæ patres omnes astipulantur, quicūq; putantur & sunt orthodoxi.

Hebr. 9.

Sanguis Ch̄i
nō est testamētum

VIII

Verba Christi
supplenda

Luca. 22

¶ Sed & istud annotādū est, quēadmodū id q̄d Mosēs protulit, nēpe hic ē sanguis testamēti, suppleri debet, p̄ uoculam aliquā, quæ ratificationē significat, ut dicamus, Hic ē sanguis cōfirmatiuus seu cōstabilitiuus eius testamēti, quod mandauit uobis deus. Sic & sermo Ch̄i supplendus ē, mimirū ut intelligamus dixisse Ch̄m, Hic ē sanguis meus confirmatiuus, noui testamēti. Dilucidū igitur ē, neq; Ch̄i sanguinem posse nouum testamētum dici, sicut neq; uitulorum & hircorū sanguis testamētum uetus dicebatur.

Adde, q̄ istud quoq; satis apertū ē, ex ipsius Lucæ v̄bis. Neq; em̄ dixit apud Lucā Chrūs, Hic sanguis meus ē testamētum nouū, sed hoc p̄ oculū testamētū nouū in meo sanguine seu p̄ meū sanguinē, ut alius traduxit. Non ē ergo sanguis testamētū nouū. Et multo minus calix, aut poculum ita dici meretur. Quis em̄ ita insaniat, ut Moseos poculū aut crateram, quam ipse plenam sanguine manu tenuit, uetus fuisse testamētum

Opinetur. Quod si neque poculum, neque sanguis in poculo sit testamentum nouum, palam est sermonem hunc eclipsim pati, uerboque carere, quod ratificationem exprimat. At quem sensum hactenus cuncti patres, tam Pauli quam Lucae uerba duxerunt intelligenda. Neque ante Lutherum repertus est quisquam, qui uel poculum uel sanguinem ausus est testamentum interpretari. Tantum igitur hoc loco Christus, ob id noui testamenti facit mentionem, quod istud sanguine Christi ratum habebatur, non ideo, quod missa testamentum sit, quemadmodum Lutherus pestifere machinatus est. Arrogat enim sibi Lutherus libertatem, imo licentiam quandam interpretandi scripturas quaslibet, pro sui cerebri somnijs insanamque phrenesi. Sic enim superius Christi uerba, quum dixit, hoc est corpus meum, hoc, id est hic panis interpretabatur. Nunc uero dicit. Calix, id est missa, est nouum testamentum. Sed neque calix est missa, neque horum alterutrum est testamentum nouum, quae res uel cunctis dilucida est, qui quid sit testamentum nouum haudquam ignorant.

Luth. distor-
te interpretatur
scripturas.

Ad haec, Quum de corpore suo locutus esset Christus, nihil omnino testamenti, siue noui, seu ueteris meminit, quod tamen ad missam nihilominus pertinere quam sanguinem quis dubitat? Quod & ideo fecisse clarissimum est, quod sanguinis effusio, mortis indicium sit. Quoniam igitur testamentum (ut inquit Paulus, in mortuis ratum habetur, & mortis non inefficax symbolum est plena sanguinis effusio, sanguine decuit testamentum constabili. Quod si uoluisset Christus, his uerbis, intelligi missam esse se testamentum nouum, testamenti non minus meminisset, quum de corpore suo, quam quum de sanguine fuisset locutus, quum ad missam aequae pertineat corporis atque sanguinis sui sacramentum. Liquet igitur ex his, testamentum nouum esse legem nouam a CHRISTO latam, & eius ob signatam sanguine.

Chrs non me-
minit testame-
ti cum de corpo-
re suo loque-
retur.

¶ Illam uero quantum ad postremam attinet particulam, nimirum hanc, cuius professores haeredes instituunt coelestis regni, adeo palam est ex scripturis, ob hunc finem, caetera fuisse facta, nimirum, ut homines huius legis obseruatores, coeleste regnum, uelut haereditarium, adipiscerentur, ut omnino superuacaneum sit

IX

Contra captiuitatem Baby. Cap. V.

Antipho-
phora.

Euāgeliste nō
dissidēt de cō-
na ultimā.

Doctrina Lu-
perniciosa.

Apostrophæ.

Exclamatio.

ullas in hanc partē afferre probationes. Manifestū est igit̃ hāc quā attulimus, esse noui testamenti diffinitionē. Quod si cōtēderit Lutherus aliū huius uocis usum apud Lucā esse, quā apud cæteros Euangelistas, id nemini persuadebit opinor. Nā etsi uerbis alijs Euangeliste dominicā cœnā enarrauerint, sensu ta-
men oportet fateamur omnes penitus cōuenire. Quāobrē & apud Lucā nihil aliud hęc uox testamentū significat, quā quod apud Matthæum & Marcum.

Quoniā igit̃ apud istos, uti superius ostendimus, nouū testa-
mentū nihil aliud est, quā lex noua, cōficiē & apud Lucā nec aliud quicquid significare posse, quā legē nouā. Quāobrē & funditus corruit uniuersa Lutheri structura, quā super hoc funda-
mento conatus est erigere. Quē ergo iā Lutherū, aut quo dignū epitheto censebimus, qui tā fallū fundamentū, & ex euāgelio subornare molitus sit? Veracē hūc prophetā appellabimus, qui tantū & tā insigne mēdaciū ex Christi uerbis cōmentus est? Aut pastorē bonū christiani gregis, qui tā perniciose tot seduxit animas? Aut sacrorū denique bibliorū correctorē qui sic euāgeliū corrūpere nihil est ueritus? Quod tibi Lutheri iā subter ugiū esse poterit? quæ tergiuersatio? quibus technis? quibusue strophis iā effugies? An non hęc scripsisti?
“ Stet ergo primū & infallibiliter missam seu sacramentū altaris esse testamētū Christi. Et istud probare moiris, ex his uerbis quæ dixit Chrūs, Hic calix nouū testamentū in meo sanguine. Et ingeminas. Stet in quā ista ueritas, ut fundamentum immobile. At iā Luthere cernis, opinor, ea Christi uerba, nihil instituto tuo conducere posse. Neque em̃ ipse per testamentū nouū, missam uoluit intelligi, sed legē nouā, legē uidelicet euangelicā, quæ præcepta simul & promissa, necnon & sacramenta cōplectit̃ omnia. O nobilis olim Germania, quæ nullis hactenus Bohemorū hæresibus fœdari potueras, quoad usque patieris hanc Lutheranā pestē in tua uiscera grassari? Et uos Lutherani uiri alioqui doctissimi pariter & eximij, nisi quod de magistro tā pestifero gloriamini, pudeat uos tandē usque deo turpiter fuisse delusos. Nā ut hic fœde simul & perniciosē lapsus est, ita potuisse & in alijs (quibus ecclesiæ catholicæ

contradicit) labi, nemo dubitare potest.

¶ Et quanq̄ sit usq̄ adeo scede perniciosq̄ lapsus, nō erubescit tñ illustrissimus Rex insultare, q̄ is intactum reliquerit hoc negociū. Protestat̄ (inquit) se relicturū intactū id, q̄d maxime omniū ei confutandū fuerat, nēpe robur meū principale, & argumentū capitale, ubi ex uerbis Ch̄i probaui missam esse testamentū & promissionē, ideo nō posse opus aut sacrificiū dici. Hæc Lutherus.

At rex nusq̄ protestatus est se relicturū intactū, quanq̄ dixerit se nolle multis in hac re contendere. Breuiter em̄ & paucis indicauit, q̄bus rationibus error ille possit reuelli, & ex eo potissimū q̄ testamentū nouū sit, promissio quædā, per legē euāgelicā facta, quēadmodū uetus fuit p̄ Mosaicā. Nā ut in Mosaicā lege, terrena promittebantur, ita & in euangelica lege, cœlestia.

Quando igit̄ unicū est nouū testamentū, uti supra docuimus, palā est non posse Missam testamentū nouū dici. Conuincit insuper ipse Rex peccatorū remissionē (quam pro hæreditate nuncupatā Lutherus aiebat) non idē esse quod cœlorū regnū rñ nō est regnū quū sit uia potius ad regnū, & adiumentū quoddā, quo paulo post ipsam hæreditatē consequemur, modo p̄sistamus in ipsa puritate. Neq̄ em̄ omnis cui remissio peccatorū obtigit, cœlestē hæreditatē assecutus est. Quāobré ut nemo recte dixerit uia esse terminū, aut mediū ad finē ipsum finē, ita nec remissio peccatorū cœlestis hæreditas dici poterit. His paucis, regia celsitudo plane subruebat Lutheranū fundamētū, q̄ statuerē molitus est missam esse testamentū nouū. Quocirca quū hoc ip̄m Luther⁹ principale suū robur appellet, & argumentū capitale, q̄s nō perspicit q̄ caduco sit innixus fundamento.

¶ Cæterū ut hic elabat, multa (scio) diuerticula quæret, ac aliquando missam uocat sacramentū altaris, aliquando testamentū, nōnunq̄ testamentū Ch̄i sacramēto corporis & sanguinis sui cōmendatū, sæpissime promissionē, & nihil aliud q̄ promissionē. Istudq̄ nimirū ideo facit, ut quū in horū quouis durius urgeat, mox ad aliud cōfugiat. Quāobré & singula refellamus, necesse est,

p.

X

Lutherus

Episcopus

Remissio peccatorū
nū cœlorum.

XI

Varię acceptis
ones missæ se;
cundū Luche.

Contra captiuitatem Baby. Cap. V.

Sacram altaris
 nō ē pmissio
 Principio male cohæret, missam eē sacram altaris, & nihil aliud
 q̄ pmissionē. Nā apertissimū est, sacramentū altaris aliud eē
 q̄ pmissionē. Quandoquidē sacramentū altaris nusquā est,
 nisi sub panis & uini speciebus, quæ si nusquā extarant, mane
 ret nihilominus ipsa Chri' pmissio. Adde, q̄ ante panis &
 uini consecrationē, pmissio firma stat. At ante cōsecratio
 nē ipsam, nemo tā impudens est ut dixerit missam esse. Non
 est ergo missa pmissio sola. Ad hæc, Si post cōsecrationē, sa
 cramentū corporis, ut in multis ecclesiis fit, in pixide repositū
 seruet, adhuc manet sacramētū altaris, manet & ipsa pmissio
 Nemo tñ sic insanit, ut dicat missam durare q̄ diu sacram in pix
 ide sit repositū, aut q̄ diu pmissio Chri' firma pseuerauerit.
 Quāobrē neq; sacram altaris, neq; sola pmissio, missa dici po
 terit. Sed nec proinde missa pmissio ē, sacro corpis & sang
 uinis Chri' cōmēdata. Manet eī pmissio illa sacro cōmēda
 ta, q̄ diu sacram illud reseruatū fuerit. Nā utrūq; manet & sacra
 mētū & pmissio, nec tñ extare tā diu missam, nisi quisq; insa
 niat, audebit asserere. Nō est ergo missa pmissio, q̄ sacro cor
 poris et sanguinis Chri' cōmēdat. Neq; proinde missa testamē
 tū est eodē sacro cōmēdatū. Nā Luthero testamētū promissio
 q̄dā est. Missa uero nō est pmissio. Nā si missa promissio
 fuerit, dicat uelim cōstāter cuius rei pmissio sit. Nā & in
 hoc se mirifice uersipellē agit. Nōnunq; eī scribit missam eē
 pmissionē mortis Chri', aliqñ ꝑo missam eē pmissionē re
 missionis p̄ctōꝝ. Illud ꝑo firmare molit, ex eo q̄ dixerit Chrs
 hoc ē corpus meū q̄d pro uobis tradet, & hic est sanguis q̄ pro
 uobis effundet, his (inquit) uerbis Chrūs mortem suā testatur
 Proinde quū is, q̄ testat, promittat, pmissionē mortis Chri',
 missam eē contendit. At istud stare nō p̄t. Nā ipsa mors Chri'
 præterijt. Chrūs (inquit Paulus) iā non morit, mors illi ultra
 non dominabit, Pmissio uero futuri ē, & non eius q̄d p̄terijt
 Quare missa, q̄ iam sit, non est pmissio mortis Christi
 Sed dicet Lutherus in missa recēseri pmissionē mortis Chri'
 Fateor. Et ob id, missam quisq; dixerit eē rēpresentationē mor
 tis Chri' p sacramentū corporis & sanguinis eius, meo iudicio
 recte dixerit, Verg ex hoc nō sequit, missam eē pmissionem

Missā non est
pmissio.

Missā non est
testamentum.

Roma, 6.

mortis Chri. Aliqñ uero scribit missam eẽ promissionẽ remissionis peccatorũ, & ob id, q̃ dixerit Chrus, hic est sanguis qui pro uobis effundet̃ in remissionẽ peccatorũ. Sed neq; magis ualidũ istud est. Nã si Chrus (uti Lutherus ait) mortẽ suã testatus eẽ, quũ dixerit, hic eẽ sanguis q̃ pro uobis effundet̃. Et ex hoc pendeat adiuncta particula. In remissionẽ peccatorũ, Palã est ob effusionẽ sanguinis, & nõ ob eius potationẽ, pmissã eẽ remissionẽ peccatorũ. Non eẽ igit̃ missa promissio remissionis peccatorũ, qñ non ob sumptionẽ corporis & sanguinis in missa, sed ob eius effusionẽ, quã iã olim in cruce facta fuit, remissio peccatorũ promittebatur. Et hæc opinio sufficient, ne missa nouum testamentum credatur.

Missã non est promissio remissionis peccatorum

¶ Missam recte sacrificium & opus ab orthodoxis uocari.

Cap. VI.



Vando igit̃ abunde satis cõstitit, missam haudquaẽ testamentũ eẽ, iam sexto loco disquirem, nõ queat ipsa, sacrificiũ & opus dici. Nã istud et pertinacissimẽ quidẽ Lutherus negat, inuincibili (si quis homini credat) argumẽtatione ductus, nimis hac. Probauit (inquit) ex uerbis Chri missam eẽ testamentũ & promissionem, ideo nõ posse opus & sacrificiũ dici. In hoc ariete Lutherus ita spem oẽm reposuit, ut ipm, robur suum principale, simul & argumentũ capitale iactitare non uereatur. At quam imbecillum sit hoc argumentum capitale, q̃ mutabundum fuerit hoc principale robur, nemo non perspicit, opinor, qui superiora nequaquam somniculose perlegerit. Nam ex illis apertissimum est, nondum ex uerbis Christi constare, missam testamentũ eẽ. Nusquã enim Chrus missam, testamentũ uocat. Nec istud haftenus ostendit Lutherus ex ullis uerbis Chri, quã id plane doceant. Falsum est ergo, q̃ probauerit ex uerbis Chri, missam esse testamentũ & promissionẽ. Quãobrem, quũ nos hoc fundamentũ radicitus euulserimus, par est, ut reliquã structurã penitus corruisse neutiquã ambigamus, adeo ut iã nihil opus erit pluribus hoc negociũ persequi, quũ id ipsum (de quo Lutherus unice confidebat, ita

.I.

Lu. nõ probauit missam eẽ testamentum.